



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis Ecclesiae

Johann Hugo <Trier, Erzbischof>

Mogvntiae, 1688

Processio in quacunq̄ue tribulatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)

312 **Processio in quacunque tribulatione.**

rum, respice in auxilium Christianorum, ut gentes Turcarum, (seu hæreticorum) quæ in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentiâ conterantur. Per Dominum &c.

PROCESSIONE IN QUACUNQUE TRIBULATIONE.

Servatis omnibus, ut suprâ, in Litanis majoribus, ac finitis Litanis dicitur, Pater noster &c. **Ÿ.** Et ne nos inducas in tentationem.

Psalms. 19.

Exaudiat te Dominus in die tribulationis &c. in fine, Gloria patri &c. **vel**

Psalms. 90.

Qui habitat in adjutorio altissimi &c.

Eo psalmo finito dicuntur, **Ÿ.** Deus refugium nostrum & virtus.

R. Adjutor in tribulationibus.

Ÿ. Salvos fac servos tuos Domine.

R. Deus meus sperantes in te.

Ÿ. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis.

R. Miserere nobis.

Ÿ. Adjuva nos Deus salutaris noster.

R. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

Ÿ. Do-

✠. Domine exaudi orat. &c.

✠. Dominus vobiscum.

Oremus.

Ne despicias omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem, sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus.

Ineffabilem misericordiam tuam, Domine nobis clementer ostende, ut simul nos & à peccatis omnibus exuas, & à poenis quas pro his meremur eripias.

Concede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus, perpetuâ mentis & corporis sanitate gaudere, & gloriosâ beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsentī liberari tristitiâ & æternâ perfrui lætitiâ.

Tribulationem nostram quæsumus Domine, propitius respice, & iram tuæ indignationis, quam justè meremur, averte.

Deus refugium nostrum & virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ precibus, author ipse pietatis, & præsta, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum &c.

PROCESSIO PRO GRATIARUM ACTIONE.

Initio processionis cantatur hymnus.

Te Deum laudamus.

R

Te